




1018.

1018.  
1018.





37. 38. W379  
I. N. 7.  
DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS  
*De*  
SUFFOCATIONE  
UTERINA,

*Quam*  
CONSENSU & AUTORITATE  
Gratiosissimæ Facultatis Medicæ  
in celeberrima Salana

*PRÆSIDE*  
AUGUSTINO HENRICO  
FASCHIO,

Med.D. Anatom. Chirug. & Botanices  
Prof. Publ. Archiatro Ducali Saxonico,

*Dn. Præceptore, Patrono ac Promotore*  
*ætatem observando*

PRO LICENTIA

Doctoris gradum & privilegia legitimè consequendi  
*publico eruditorum examini exponit*

JUSTUS ANDREAS SCHMIDIUS,

MULHUSA-THURINGUS,

In Auditorio Majori

*horis ante & post meridiem consuetis*  
*ad diem XVIII. August. M DC LXXXI.*

---

JENÆ,  
PRELO KREBSIANO.



1780

INSTITUTIO MEDICAE IN AMBROSII  
 PNEUMONICAE  
 WILHELMUS  
 COHENUS & AVERTORIT  
 GENTILINIUS  
 ALBERTUS THOMAS HENRICO  
 PASCHIO  
 Med. D. Anatomiae, Chirurgiae & Botanices  
 Prof. in Schola Medica  
 Dr. Praeceptorum, Praeceptorum  
 PRO LICENTIA  
 Doctoris gradus & physicae  
 JUSTUS ANTONIUS  
 MICHAELE  
 In Anatomia  
 Praeceptorum & physicae  
 Praeceptorum & physicae  
 Praeceptorum & physicae







N38A

AUSPICE CHRISTO!

PROOEMIUM.

**U**nter reliqua corporis huma-  
ni viscera uterus quoque maxime Philo-  
sophorum pariter ac Medicorum tūm ve-  
terum, tūm recentiorum torfit ingenia, quænam e-  
jus naturalis constitutio, qualesve ipsi partes in ab-  
strusissimo generationis negotio tribuendæ. Pluri-  
mi enim, cum viderent fœminas ob uterum tales  
esse, sine eo vivere quidem, non tamen generare  
posse, peculiarem quandam facultatem, quæve con-  
ceptionem promoveat, ipsi adscribere. Hinc *Pla-  
to* propria quasi vita ipsum gaudere credidit; *Aretæus*  
*ζῶον ἐν ζῶω*, animal in animali vocavit; uterq; in-  
star animalium sensu præditum esse, odorem perci-  
pere & motu peculiari gaudere sibi persuasit. Ean-  
dem hanc veterum sententiam mutatis tantum,  
terminis proposuit strenuus ille Scholarum refor-  
mator *Helmontius*, dum regimen quoddam pecu-  
liare in utero collocat, cujus potentia in omnes fœ-  
minei corporis partes se se extendat. Imò eò pro-  
cessit, ut intellectum quendam brutalem, iras, fu-

A a

rores





4.  
rores ipsi tribuerit, qui à morte etiam muliebri, quam intulerunt, supersint. Licet vero huic opinioni, si citra tropum intelligenda, nemo hodie facile assensum præbeat, qui animalium naturam, vitam & actiones ex solidioribus philosophiæ fundamentis leviter saltim cognovit; nihilo tamen minus hodiernum complures cum *VWillisio* ad explicanda circa uterum occurrentia phænomena fermentum quoddam uterinum concipiunt in partibus ejusdem latitans, cujus tamen existentia nondum satis demonstrata atque evicta videtur. Quod enim ad stupendum generationis opus attinet, uterus ad id vi experimentorum hodiernorum nihil conferre potest amplius, quam ut locum tantum ac hospitium concedat, in quo provolutum ex ovario ovulum imprægnatum seu conceptus foetus ad debitam maturitatem nutriatur ac foveatur. Reliqua verò, quæ circa illum tum in statu naturali, tum maximè p. n. observari solent accidentia commodissime à nervosa ac fibrosa partium dispositione ac textura, spiritibus animalibus in illis hærentibus, sanguine copiosè interfluente, citra ullum fermenti specifici aut spiritus insiti conceptum deduci possunt. Et ex solo hoc fundamento omnia gravissima etiam ac atrocissima uteri symptomata explicanda ac phænomena derivanda. Inter illa autem  
tem



1383

rem cum frequentius hætenus in praxi SUFFOCATIO  
ista foeminarum, UTERINA dicta, curanda obvenerit,  
hanc ulteriori disquisitioni subicere & in dissertationis  
inauguralis thema seligere placuit, quam nunc pro ingenii  
tenuitate propositurus, Divinum Numen supplex adoro,  
ut feliciter & ex votò omnia cedant!

CAPUT I.

Historiam morbi exhibet.

**C**um tanta symptomatum suffocationem uterinam  
comitantium sit diversitas, ut haud facilè omnia uno  
conceptu generali comprehendi possint, definitionem  
vel descriptionem ejus succinctam exhibere  
methodo consvetâ vix licebit. Longè itaque commo-  
dius in ejus naturam me penetrare posse existimo, si præci-  
pua circa affectum hunc occurrentia phænomena, quâ  
potest fieri brevitate, recenseam ac exponam. Ita enim  
tum Subjectum, quod affici primariò solet ac patitur, tum  
causæ variæ certius erui ac detegi faciliùs possunt.

Missis itaque, quæ de verborum tricis & variis appella-  
tionibus latius proponi solent, apud varios hinc inde au-  
tores videndis, id saltem notamus, affectum nostrum nunc  
*generali* vocabulo *passionem hysteriçam*, nunc ab urgentiori  
symptomate *Suffocationem uterinam* vocari, ad cujus phæ-  
nomenorum præcipuorum enumerationem me statim ac-  
cingo.

Innumera verò horum multitudo & varia indoles, va-  
riusq; affiendi modus, dum nec omnia in omnibus, sed hæc  
in illis, alia in aliis subjectis, perinde ac in affectu hypochon-  
driaco, scorbuto, observantur, prohibet, quo minus accu-  
rato



rato ordine omnia enumerari possint. Parum ergo intererit, à quibus incipiamus, cum modò hæc, modò illa paroxysmum ordiantur ac finiant. Ne tamen planè *à us- Jódos* procedam, ab infimo ventre exordiar, ad medium hinc & ad supremum progrediendo.

In abdomine ut plurimum observantur *motus & tumores* varii, quorum hi sæpius mole suâ globum vel caput infantile referunt & usque ad umbilicum ac ultra tactui renitentes ascendunt. Horum mentionem facit *Hippocrates, Eustachius Rudius, Adrianus Spigelius, Andreas Laurentius & alii*, & in praxi sæpius illum notari licet. Sic *Excellentissimus Dn. D. Præses* in virgine illustri motum ejusmodi ab infimo ventre præcordia versus observavit, certissimum hystericæ suffocationis prodromum; & ipse similem animadverti in foeminâ primariâ non nisi violenta constrictione subligaculi beneficio inhibendum ac deprimendum; vinculum ideo continuum ad affectum nostrum præcavendû gestare hucusque cogitur; simulac enim illud ex improvise solvitur, male se habet & symptomata hystericæ patitur. Idem alii accidit foeminæ, in quâ præprimis tumores distensivi pugni magnitudinem æquantes ab inferiore abdominis parte usque ad præcordia undulatim quasi repunt. An autem, hi motus ab uteri adscensu derivandi, infra videbimus.

*Murmura* porrò adsunt, superstitiosis aniculis varias animalium voces exprimere nonnunquam credita, *inflationes abdominis*, imprimis hypochondrii sinistri, ventriculi, *ructus* item, *nausea, vomitus*.

*Dolores* varii generis hypochondria, dorsum, uterum affligunt, colicam sæpe mentientes. Præcipuè frequens occurrit *dolor cardialgicus*, modò gravativus, cum anxietate & tensione præcordiorum, modò acutus cum rosione &



& vellicatione, æstu etiam aliquando circa scrobiculum cordis singulari, qualis à prunâ candente percipi solet, prout illum nuper in puerperâ notavi. Et dolores isti adeo frequentes sunt, ut vix decima mulierum, infirmâ valetudine utentium, ab illis immunis sit. Multæ nonnunquam de solo hoc symptomate conqueri solent, omnis mali radicem existimantes. Vide hanc in rem *Binningerum in observat. pag. 351.* ubi rarissimum uteri affectum convulsorium cum atrocissimis & horrendis ventriculi & abdominis doloribus periodicis per plures dies sævientem describit.

Aliis fauces laqueo quasi cum suffocationis metu & cordis anxietate *constringuntur*, nec solum hæ, sed ipsum superius orificium ventriculi stricturam talem convulsivam patitur. Quod in matronâ honestâ, aliàs syncope uterinâ sæpius corripitur solitâ, mihi observare licuit; ubi illud notabile erat, quod prægressa per unum & alterum diem ejusmodi faucium constrictione, hinc iisdem relaxatis orificium ventriculi superius eadem clauderetur, quò cibus ferè nullus, potus verò difficillimè descendere potuerit. Nec ulla inflammationis, tumoris, aliusve causæ suspicio aderat.

Aliis videtur aliquid in gula nucleos cerasorum vel prunorum simulans hæere, quod continuo ad deglutendum stimulat. Singulare hoc symptoma imprimis *Sylvius & Highmorus* consignaverunt, & *Excell. Dn. D. Wedelio*, Præceptore ac Patrono æternùm venerando sæpe, solum visum & in praxi observatum.

Maximè autem *respiratio inæqualis* miseris exercet; brevis & crebra in leviori; in graviore statu impedita, & ad sensum sublata, unde *Helmontio asthma muliebre* hoc nomi-



nomine audit. *Cor palpitat atque dolet, animi deliquium* ingruit, & pressò pede sequitur *syncope*, cum adspectu cadaveroso & refrigeratione extremorum & malo adauctò totius corporis. Hinc pulsus, ubi levius malum, nonnunquam sibi constat, nonnunquam obscurus, in casu graviori nullus deprehenditur. Unde historiae medicae testantur non semel contigisse, hoc morbo detentas per aliquot dies mortuis annumeratas & sepulturae destinatas revivisse. Vid. *Forest. Schol. ad observ. 79. lib. 10. Paræus l. 24. c. 19. G. Hieron. Velschius, centur. observ. & alii. Sic Plinius N. H. l. 7. c. 12.* septem diebus foeminae exanimis ad vitam revocatae meminit, quod tamen exemplum cum aliis huic similibus à *Schenckio in observ.* adductis pro fabulâ potius, quàm historiâ habendum existimamus. Proinde Autores ab utero strangulatas ante triduum elapsam non sepeliendas esse suadent; quasdam enim earum ad vitam rediisse constat, quod ex positu mutato & miserrimâ corporis facie sic satis apparuit. Vide sæpe laudatum *Schenck. l. c. & Salmuth. c. 2. observ. 86. & 87.* Quomodo autem à mortuis distingvendæ, inferius docebitur. Sæpius loqui nesciunt & nil nisi gemitus proferre valent, ἠφρονες & veluti attonitæ jacent, sine sensu & motu.

Quædam risum edunt, quædam illacrymantur, in quibusdam utrumque contingit, ut lacrymæ risum excipiant, modò risus lacrymas. Qualia exempla, vide sis apud *Hollerium lib. 1. de morb. internis c. 59. in Scholio.*

Non rarò præcedit *oscitatio, pandiculatio, capitis gravedo, oculorum coruscatio, inversio aut rotatio.* Vasa temporum, frontis, & cervicis distenduntur, & turgescunt. *Facies* rubeò colore tingitur, deinde livore pallet. *Dentes* modò arctissimè cohærent, modò inter se colliduntur.

Quan-



9.  
Quandoque deliria, furor uterinus, melancholia, fabulatio absurda conjunguntur.

*Quasdam* etiam capitis, quasdam dentium dolores affligunt. Sic novi mulierem, quæ singulis mensibus unà cum catameniiis immīnutis, nunc ante eorum fluxum, nunc ipso durante, maximè autem post illum, atrocissimā hemicraniā cum aliis ordinariis pathematibus hystericis vexatur; quæ tamen omnia promotō largiori mensium fluxu leviora reddita sunt. Aliam nuper curandam suscepi aliquot diebus immanibus dentium doloribus cruciatam, quos tormina excipiebant cum levibus deliriis, variis manuum gesticulationibus, pavoribus in somno, aliisque motibus convulsivis. His licet aliquantum placatis, sequenti tamen die repetebant & fortissimus insultus hystericus sequebatur, ut per 2. horas integras sine sensu & motu decumberet, & extremis refrigeratis jam jam moritura videretur. Hujusmodi convulsivi motus varii in aliis quoque sæpius excitari solent, in abdomine, facie, artubus, qui morbo in statum pessimum evecō in convulsiones ipsamque Epilepsiam degenerant, undè à *Paracelso* noster etiam affectus *caducus uteri* appellitatus est. Tales motus convulsivos ipsamque ab utero epilepsiam tum observationes Medicæ memorant, tum praxis quotidiana suggerit. Quandoque etiam contrarium planè accidit, nempe *veternus & sopor gravis*, quale exemplum recenset ante citatus *Binningerus in observ.* p. 274.

Hactenus enumeratis phænomenis autores etiam alia addunt. Quibusdam enim, præsertim nubilibus & plethoricis serosus liquor pudendis effluere dicitur cum titillatione & prurigine partium genitalium, interdum cum erectione clitoridis.

B

Con-



Contingunt verò hæc omnia nunc certis periodis, ut singulis v. g. annis, mensibus, & septimanis redeant. Nunc vagè, vel crebriùs vel rariùs, longiùs vel breviùs pro causarum varietate tyrannidem in foemellas exercent. Sæpe desubitò ingruunt, & securas nilque timentes corripunt, nunc successivè, pedetentim & missis quasi nunciis ac prodromis invadunt.

*Remittente paroxysmo*, cui non rarò sternutatio finem imponit, distenta laxantur, uterus dictum liquorem quasi seminalem emittit, flatus in abdomine audiuntur, oculi referantur, calor naturalis faciei paulatim restituitur, mens, sensus & motus redeunt. Interim post hunc de capitis gravidine & cordis angore conqueruntur & viribus destitutæ & corpore languidæ per aliquot horas, imò diesprehenduntur. Interdum omnium eorum, quæ in paroxysmo contingere gnaræ sunt, modò omnium oblivio illas capit.

Passionibus hisce obnoxia sunt foeminae ferè cujusque conditionis & ætatis, nempe dicente *Willisio*, divites, pauperes, virgines, uxores & viduæ. Sic puellæ ante pubertatem & vetulæ post mensium defectum, in primis eæ, quibus juvenilibus annis menses non ritè fluxerunt, aut quæ fluore albo laborarunt, mala hæc experiuntur.

Magis autem familiaris affectus hic est calidioribus & bilioso temperamento gaudentibus, nubilibus, succiple-nis, libidinosis & in venerem proclivibus, quibus diu intermissa venus, viduis, & in sterili conjugio viventibus; item iis, quæ frequentius ac diu lactarunt, quale exemplum vide apud *Highborum Exerc. d. pass. hyster. cap. 6.* Porrò his obnoxia sunt hypochondriacæ, scorbuticæ, obstructione mensium vel lochiorum laborantes, aut quibus hæc ni-  
mum



mium fluunt. Nec immunes sunt gravidæ, præcipuè cacochymico corpore præditæ. Sæpe ab abortu, partu difficili, uteri procidentia, imprimis frigore concurrente, contingit. Quò uteri ulcera, vulnera, dilacerationes partium genitalium spectant. Talia symptomata recensita *Excellentissimus Dn. D. Præses* penè omnia non ita pridem in foeminâ, cujus pudenda in partu ab obstetrice inexpertâ & improvidâ usque ad anum fuerunt disrupta, observavit.

Nec illud prætereundum, quod non rarò symptomata hysterica cum febribus intermittentibus tertianis & continuis combinentur, illarum exempla *Excell. Dn. D. Wedelius* anno II. *Ephemer. German. observat.* 193. p. 295. consignavit; & mihi ipsi plura in latè hæctenus grassantibus febribus tertianis & quotidianis annotare licuit, ex quorum numero unum vel alterum tantùm adducam. Laborabat virgo 19. annor. tertianâ, cui singulis paroxysmis insultus uterinus gravior jungebatur, &, quod notabile erat, aliquando loco paroxysmi febrilis, paroxysmus hystericus, statâ horâ, sine ullo rigoris, frigoris aut subsequenti caloris sensu invadebat. Idem puerperæ tertianariæ à lochiis post partum non ritè evacuatis contingebat. In continuis verò petechialibus aliisque gravioribus, tam in principio, quàm statu & declinatione symptomata hysterica etiam observari, Practicorum frequentia exempla abundè docent.

Plura, quæ ad historiam referri possent, v. g. causæ procatarticae, juvantia & nocentia aliaque, infrâ suo loco enumerabuntur.



2390  
 Subjectum & causas examinat.

Consideratis itaque affectûs hujus latitudine, symptomatibusque, quæ ejus essentiam, si non conjunctim in omnibus, tamen seorsim in his illisve absolvunt, *Subjectum* seu pars affecta, quæ varia ista patitur, investigari debet.

Quodnam autem hoc sit, maximè inter se litigant auctores. Si *veteres* consulimus tam Medicos, quàm Philosophos, uno omnes ore uterum pro subjecto venditant, quem pro vario motu locali hæc symptomata edere credunt. *Recentiores* autem plurimi hanc sententiam ipsis dubiam facere & uterum ab omni reatu excusare laborant. Cum enim quidam deprehenderent sensus ac motus organa ut plurimum affici, horum fontem, caput scilicet, pro subjecto agnoscunt. Ex quorum numero est *Carolus Piso de morbis à colluvie serosa ortis*, & qui hunc secutus est *Willisus de morbis convulsiv. cap. 10.* Aliam sententiam *peculiarè tractatu Highmorus* fovet & partem in atrocissimo hoc affectu & in paroxysmi furore præcipuè laborantem pulmones cordique contermina vasa esse statuit. Multi denique cum *Sylvio Prax. Med. Append. tr. 7. §. 133. & tr. 10. §. 314.* in hypochondriis & in specie in intestino tenui focum hujus mali ponunt.

Verum enim verò varias hæc ac diversissimas opiniones latius examinare aut adductis rationum momentis convellere instituti ratio jam non permittit; unde potius, quænam ex his omnibus ad veritatis lucem magis accedere mihi videtur, brevibus exponam.

Spp.



13.

N<sup>o</sup> 392.

Suppositò ergo *primò* omnia in affectu occurrentia phænomena generatim in eo convenire, quod notent aliquid spasmodici in membranosis, fibrosis ac nervosis partibus se exerentis. *Secundò* paroxysmorum ritus evincere convulsivi hujus motus originem magis esse in infimo ventre, quàm reliquis. Hujus enim symptomata sæpius illos inchoant, sæpius finiunt. *Tertiò* inter viscera membranosa ac nervosa in abdomine contenta uterum plurimis nervis varii generis ac originis præditum esse, atque hinc valde sensilem & spasmodicæ vellicæ tioni ac contractioni magis expositum. *Quartò* contingere sæpissime solius uteri vitio passiones hystericas, capite, pulmonibus & hypochondriis, intestinis ac ventriculo bene habentibus, v. g. in partu ab aëre frigido admissio, abortu, partu difficili, lochiis vel mensibus suppressis & similibus. *Quintò* particulas irritativas in majori copia in utero latitare posse, ob uberiores illuc, naturaliter etiam, ruentem sanguinem. Præcipuè cum *sextò* ob vitam sedentariam & ventilationis defectum aliasque causas sanguis foeminarum impurius facillimè reddatur & particulis heterogeneis inquinetur, (unde hypochondriacæ ordinariè quasi evadunt) quæ ad uterum tanquam sentinam delatæ nunc subsistunt & obstructions inducunt; nunc variis aliis modis ejusdem fibras ac nervos afficere queunt. *Septimò* inter uterum & reliquas partes membranosas nervosasque totius corporis maximum esse consensum, ob copiosos nervos tum paris vagi, tum intercostalium plexus, unde ipsò irritatò, tum reliquæ infimi, mediique ventris viscera, quæ ejusdem originis nervos sortita sunt, tum commune eorum principium, cerebrum sc., extemplò compatiuntur.



2392.  
 tur. Consensum hunc tum omnes passim Medici concedunt, tum imprimis *Harvejus exerc. de part. p. 352. Uterus, inquit, pars principalis est, quæ totum corpus facile in consensum trahit.* Videatur etiam *Mœbius Fundam. Med. Physiol. c. 20. p. 538.* Octavo eundem consensum è contrario mutuum esse, ita ut p. n. affectis aliis nervosis præcipuè infimi ventris partibus, uterus quoque promptè in consensum trahatur.

Ex quibus facile cuivis colligere licet, *Subjectum hujus passionis*, cui omnia symptomata quadrant, commodissime statui posse quidem *uterum*, utpote qui tantum non semper in affectu nostro patitur, nullo tamen alio modo, quàm quatenus nervosis ac membranosis est instructus partibus & spiritibus animalibus copiosis gaudet, pro quorum vario motu, fibræ etiam variè commoventur ac agitantur.

Neque verò ita uterus afficitur, ut origo mali semper in ipso existat; sed fomes etiam in nerveis partibus aliis præprimis abdominis & quæ ab intercostalis nervi & paris vagi trunco ramos recipiant, latitare potest. Unde communicatione cum utero factâ, ipse quoque mali particeps evadit. Sic quandoque plexûs nerveos, imprimis infimum abdominis, & mesenterii plures, primariò affectos esse testatur *acutissimus Willisius, Neurolog. c. 27. p. 149.*

Nonnunquam etiam ab intestinis, plexu renali, aliisque partibus nervosis irritatis uterina symptomata produci observationes & exempla confirmant. Non semel enim observatum est, calculi dolores, intestinorum tormina à purgantibus acrioribus, aliisve causis producta affectum nostrum tanquam malus corvus malum ovum exclusisse.

Modus



Modus autem, quo dictæ uteri aliorumque abdominis viscerum partes afficiuntur, prout in primo supposito asserui, est spasmus seu irregularis earum motus à spiritibus animalibus inæqualiter, inordinatè & vitiosè motis, seu, secundum *Willisium*, explosis, ortum ducens. Sententiæ hujus veritas ex phænomenis omnibus supra enumeratis satis clare elucet. Quid enim motus in abdomine, vomitus, dolores varii generis, constrictio faucium, palpitatio cordis, motus convulsivi in artubus, aliaque plura aliud notant, quam spirituum animalium in fibris tum nerveis, membranosis, tum carneis, musculosis, motum peregrinum & impetuofum?

Ex quibus obiter etiam hic animadvertere lubet diversa subjecta diversorum autorum antea adducta esse insufficientia, nec enim caput, pulmones, hypochondria, utero penitus insonte, absolutè pro subjecto judicanda sunt; sed quatenus nervis & membranis instructa ob consensum inordinatè simul moveri possunt.

Cognito itaque subjecto ad causarum enumerationem progredior. Nolo autem hic tam in veterum, quàm neotericorum causis generalibus recensendis esse prolixior, ne crambem toties recoctam apponam. Uteri enim ascensum, quem pro causa veteres constanter habuere, quod attinet, ejus impossibilitatem Anatomicorum experientia satis demonstravit, dum hanc partem in loco suo fixam & ligamentis firmiter vicinis partibus alligatam reperimus, ut citra horum rupturam de loco moveri nequeat. Præterque hanc alligationem in virginibus & viduis quoque exigua ejus moles omnino prohibet, quo minus licet in ventrem elata, ejusmodi intumescentiam producat. Vid. hæc de re *Graaffius de mulierum*  
orga-



*organis c. 10. p. 152. & Willis. Neurolog. c. 27. p. 151. it. de mot. conv. l. c.* Nec majorem probabilitatem huic sententiæ affert *Sennerti* refugium, qui *Prax. l. 4. part. 1. sect. 2. c. 15.* loco uteri ascendentis testes & tubas Fallopianas semine corrupto & vaporibus ac flatibus turgidos substituit; in eo enim ipsi jam tum satisfecit *Highborus l. c. c. 2. p. 19. & seq.*

De reliquis hinc inde apud Autores allatis causis v. g. vaporibus ex utero elevatis; nimio sanguinis subtilis & flatulenti in pulmonum vasis cordisque thalamis infarcti; & halitibus ac flatibus ex tenui intestino ad œsophagum exsurgentibus, aliisque ab *Helmontio l. asthma & tussis inscript. t. 31. Highboro & Sylvio citatis antea locis*, assertis quid sentiendum sit, ex subsequentiis patefiet.

Causam igitur genuinam investigans eandem methodo receptâ in *immediatam & mediatam* distinguo. *Immediatam* constituo partium nervearum & membranarum principaliter uteri, adæquatè etiam reliquorum supra enumeratorum viscerum irritationem & Spirituum animalium in illis habitantium inordinatum motum. Hâc quippe positâ & à quacunque causa tandem inductâ effectus seu affectio hysterica his illisve symptomatibus conspicua sequitur. Ut enim in statu naturali à legitimo spirituum animalium in fibras omnis generis influxu & ordinato motu, sensus & motus, tum spontanei, tum non spontanei proveniunt; ita iisdem in *ἀταξίας* commotis dolores ac motus irregulares succedere necesse est.

*Mediate* porrò *causa* vicem subit omne illud, quod quocunque tandem modo nervosas partes irritare aut spiritus aliàs in anomalos motus concitare potest. Irritant autem nervos & spiritus perturbant, quæ illis heterogenea &



& improporcionata accidunt, sive sub corporeâ magis ac  
 crassiori particularum mole, sive subtiliori quodam mo-  
 do. Talia verò maximè sunt particulæ acres salinæ omnis  
 generis, sive acidæ sint, sive alcalicæ, sive tertii ordinis, sal-  
 sæ, quæ omnes ac singulæ nervosis uteri aliorumque visce-  
 rum partibus infixæ, angulorum acumine illarum fibrillas  
 vellicare ac dissociare possunt, imprimis cum istæ per suprâ  
 dicta maximè sensiles existant. Et dictæ heterogeneæ par-  
 ticulæ nunc in corpore ipsiusque liquoribus producuntur  
 ex variâ eorum immutatione, nunc iisdem ab extra infe-  
 runtur.

Quæ in corpore latitant, non alibi, quàm in sanguine  
 & sero quærendæ; quorum utrumque nunc conjunctim,  
 nunc hoc seorsim, in ipsâ substantiâ uteri proximè, vel in  
 reliquis viscerum culinis corruptionem subit.

Sanguinis & seri vitio simul generantur dictæ hetero-  
 geneæ salinæ particulæ, circa uterum imprimis cumu-  
 lantur, ac symptomata hysterica producunt, si is, qui sin-  
 gulis mensibus per uteri vasa excerni solet ac debet, vitio  
 laboret, seu restagnet, seu inordinatè, nimis & illegitimus  
 excernatur. Quemadmodum enim à mensibus legitimè  
 habentibus totius foeminei corporis *eunpasia* & sanitas de-  
 pendet, ita eorundem vitia ac læsiones varias, præter alia  
 plurima mala, suffocatio uterina promptè consequitur.

Inter ista autem vitia omnium primò accusari mere-  
 tur *suppressio* ac restagnatio, sive propria sanguinis, sive  
 viarum culpa, sive quacunque aliâ de causâ positivâ illa in-  
 ducta fuerit. Restagnante enim & supra modum adauctâ  
 sanguinis aliàs excerni soliti copiâ, motus ejus imminuitur,  
 sensim à dulcedine blanda ac suavi desciscit, & acorem pe-  
 regrinum contrahit, quod ipsi cum omnibus aliis humori-  
 bus



bus ex heterogeneis particulis constantibus commune est. Neque id in toto corpore reliquo tantum contingit, ut a cor hinc sensim membranosis & nervosis partibus, imprimis uteri affricetur, sed speciatim in utero corruptio accidere potest. Restagnare enim respectivè magis in uteri vasis arteriosis & poris sanguinem credibile est, imprimis si crassities particularum ejus jungatur, quarum coagulum motum refluxum intercludit. Quin in utero ipso sæpius subsistere ac corrumpi sanguinem observationes memorant, ubi nimirum internum orificium nimis clauditur, & in cavitate sanguis colligitur. Hinc enim est, quòd nonnunquam grumi prodeunt, & ulcera interiorum superficiem infestant. Eadem quippe ratio mensium est, quæ lochiorum, à quorum restitancia eundem effectum notavit *Harweus exerc. de partu. p. m. 377. & seqq.*

Nec à mensium restagnatione solum, sed *nimio* quoque eorum fluxu acriores istæ particulæ in utero generantur & colliguntur. Nimiã enim sanguinis fermentatione, quam copiosior fluxus pro causa sæpius agnoscit, exasperantur sanguinis particulæ, latentia spicula explicantur, & continuo per poros uteri transitu membranis impinguntur, ubi, absunt blandâ roscidâ humiditate, unita vi fortiùs agere possunt: Hinc non infrequens est, erosionem vasorum ab excessiva acrimonia conjungi, quæ irritationem istam proximè excludit.

Omnia autem maxime accusandi sunt menses qualitibus vitiosis peccantes, quales sunt dolorifici, cum stillicidio exeuntes & colore vitioso conspicui, pallidi, aquosi, aliterve decolores, fluor albus. Hi enim  $\ominus$ ium acrium rodentium vellicantiumque præsentiam doloribus conjunctis satis superque testantur; unde non mirum est, ab  
iisdem



1897  
 iisdem uteri tonum ulterius labefactari, nervosum genus irritari, spiritusque variè perturbari, quibus positis suffocatio hysterica præstò est. Eadem etiam salium abundantia obiter quoque demonstrari potest ex colore immutato, quippe qui à  $\Delta$ is præcipitatione, deturbatione, fixatione, aliterve à salibus peregrinis immutatâ texturâ unicè dependet.

Eadem porrò particulæ irritantes in M. S. generantur & cumulantur, si vitiatis quocunque modo reliquorum viscerum culinis evolutio laudabilium & segregatio heterogenearum partium non ritè perficiatur, sed utraque in liquore vitali combinentur ac coacerventur. Unde  $\Theta$ næ  $\Phi$ æa dominio potitæ ac variis nervosis membranosisque infimi ventris partibus, imprimis utero, per continuum sanguinis pulsum impactæ, easdem lancinare, irritare & in spasmodicos motus non possunt non agere. Id quod effectus quoque evidenter satis confirmat, dum nullæ mulierum magis, quàm cachecticæ, scorbuticæ, arthriticæ passionibus hystericis sunt obnoxia, ut in historia superius notavi.

Ad hæc sanguinis vitia inprimis quoque spectant febres; in his enim sanguis toties ebulliens, effervescens ac rarefactus necessariò acrimoniam biliosam alcalicam majorem concipit, quâ mediante superius nominatum effectum promptissimè producere potest. Idem enim in aliis ipsisque maribus occurrere frequentius solet, dum febribus toto die motus convulsivi ipsaque epilepsia junguntur.

Neque vero sanguinis & feri prout in vasis sanguifluis oberrat conjunctim solum, sed hujus etiam vitia, quatenus à sanguine separatum est, ac in vasis lymphaticis glandulisque continetur, seorsim affectus nostri causam fovere possunt



sunt. Lympha enim variis de causis corrumpi atque acrimoniam concipere potest, quæ hinc eò promptius nervorum ac spirituum constitutionem lædit, quo majori affinitate cum his gaudet. Lymphæ quippe copiosos spiritus animales immerfos esse ex physiologicis certum est. Corruptur verò hæc & heterogeneas acres particulas accipit, si pariter ut sanguis in vasis propriis ac glandulis restagnet, congeratur, coaguletur, & fibrosas partes distendat, id quod tum in uteri poris, testibus seu ovario, tubis, tum aliis circumiacentibus glandosis partibus accidere potest. Non enim citra rationem asserere posse mihi videor, omnia ea, quæ Medici hactenus in producenda suffocatione uterina femini adscripsere, meliori longè jure sero esse tribuenda.

Certissimum nempe hodie est per anatomen, mulieres nullum omnino semen habere fluidum, virorum illi analogum, sed omnium reliquarum foemellarum ritu ex toto animantium genere possidere ovula in ovario contenta, ex quibus imprægnatis foetus producitur, prout hoc ipsum Clarissimorum virorum *Job. van Horne, Stenonis, Kerkringii, Graaffii* industria satis demonstravit; vid. *Horn. Microcosm. epist. annexa p. 124. Graaf. de mul. organ. c. 13. p. 200.*

Quæcunque igitur de tumore testium ac tubarum profert exempla, quale est illud *Riolani Anthropol. l. 2. c. 34.* qui in hystericis virginibus testes pugno grandiores se deprehendisse scribit seroso semine turgentes; ut & *Vesalii*, qui simile quid in duabus puellis strangulatu uteri vexatis observavit, *lib. de human. corp. fabr. l. 5. c. 15.* illa omnia seri sine dubio in testibus restagnationem & corruptionem notant. Illi quippe glandulosis corporibus, vasisque lymphaticis plurimis gaudent, in quibus lymphæ motus variè sisti, illaque accumulari potest, quod frequentiores hydatides illo  
in lo-



in loco repertæ abundè quoque demonstrant. An autem ovula in ovario corrupta huc quicquam conferre effectumque similem producere possint, de eo sententiam certam ferre nondum licet, quum observationes anatomicae idem confirmantes hactenus defuerint. Haud improbabile interim est, ovula nimis matura ob intermissa diutius sacra à *Phlegma* & nimis congestas ac exaltatas particulas *Aeo* *Θnas*, effluvia acriora de se spargere, quæ nervis ac spiritibus animalibus commixta eosdè irritare ac in motus heterogeneos concitare possunt. Ab hisce enim effluviis veneris appetitum & libidinis ardorem in foeminis ingeniosè deducit *Clariss. Peyerus epist. Prodromo Physiol. Harderi annexa pag. 134.* Eadem feri peregrina acrimonia in uteri lymphaticis vasculis ac poris oriri potest, quod in fluore albo haud dubio contingit.

Non tantum autem circa uteri fundum, testes ac tubas ejusmodi lymphæ corruptio accidit, quæ effectui nostro producendo par sit, sed circa vaginam etiam alterata ac vitata eundem effectum edere solet. Præter enim ovula in ovario contenta, liquorem quendam serosum viscosiorem in lacunis vaginæ & glandosis corporibus, prostaticis mulierum dictis, contineri, qui per peculiare ductus ad voluptatem pariendam in generationis opere in vaginam excernitur, recentiorum Anatomicorum *Graafii & Casp. Barth.* diligentia detexit *vid. illum l.c. c. 6. p. 67. cap. 7. p. 18. & seq. it. c. 14. p. 212. hunc vero Epist. de ovar. mul. p. 19. 20.*

Ab hujus liquoris constitutione pravâ, acredine, salfedine stimulante, uti plura foeminarum symptomata, pollutiones nocturnæ, gonorrhœa, veneris desiderium nimium, tentigo &c. dependent, ita quoque nullum dubium est, quin ab ejusdem longiori retentione ac cumulatione



acredineque adeo insigniter adaucta, quod in virginibus nubilibus & succiplenis contingit, sæpius symptomata uterina excitentur. Idem enim spontanea ejusdem excretio, paroxysmum hystericum sæpius finiens clarè satis probare videtur. Contractione nempe ista fibrarum uteri & vaginae spasmodicâ comprimuntur glandulæ subjacentes & liquor latitans emungitur, unde quidam ejusdem proritationem in paroxysmo svadere non verentur. Vid. *Rolfinc. Ord. & Meth. Comm. l. 14. sect. 3. cap. 7. pag. 1019.*

Idem lymphæ vitium in aliis infimi ventris glandulis occurrens similem effectum edere valet. Sic in mesenterii aliisque primarum viarum glandulis inquinata aut aliis modis vitiata sæpius causam affectui nostro dedisse legitur. Non enim aliud facile plexus nervosos mesenterii afficere potuit, quàm lymphæ in glandulis circa istas plexus corrupta, in supra ex Willisio adductis exemplis, cum hæ ab iisdem nervorum propagines plures fortiantur. Sic idem *Willisus sæpius cit. loc. de morb. convulsiv. p. m. 109.* mentionem facit puellæ 12 annorum, quæ ob nimiam compressionem glandularum inguinalium ad curandam herniam, & lymphæ adeo insignem perturbationem non solum scrophulas, sed symptomata hystERICA consveta passa est. Nec extra culpam forsan lymphæ primarum viarum ex glandulis ventriculi & plexibus glandosis intestinorum expressa semper est, sed ipsa quoque nervosas propagines acrimonia sua, sive ab internis, sive externis causis inductâ lancinare possunt, quod murmura hypochondriorum, rugitus, ructus, vomitus, dolor cardialgicus, colicus aliaque satis manifestant. Hæc enim causa fuit, cur nonnullis affectum nostrum non hystericum, sed hypochondriacum tantum nominare placuerit; id quod tamen per hæcenus dicta non absolutè valet.

Hæc



Hæc de causis materialibus nervosum affectus nostri subjectum irritantibus; quibus addere licet effluvia subtiliora, halitus & vapores, qui à materia ista crassiori secedunt ac per vias minus manifestas, poros insensibiles penetrant. Hi ob subtiliorem istam acrimoniam, qua solùm ab humoribus differunt, eò facilius nervosam systasin ipsumque cerebrum promptè subire, spirituum consistentiam turbare, inque motus heterogeneos concitare possunt, quod à crassiori mole tam prompte effici non poterat.

Præter autem positivam nervosarum uteri dictorumque viscerum aliorum irritationem plura suffocationem nostram uterinam excitare queunt; omnia nempe illa, quæ aliàs spirituum compagem in *αἰμαξίαις*, enormes cogere apta nata sunt. His enim quacunque de causa insigniter perturbatis totum nervosum systema fibrosæque partes contorquentur ac spasmodicè contrahuntur. Ut taceam commotis fortius spiritibus, fibris membranisque, latitantem ac quiescentem causam positivam materialem suscitari & in actum facillimè deduci.

Ad hanc itaque classem referendi sunt dolores reliquarum partium graviores, à quibus uteri strangulationem sæpius oriri supra dictum est. Eandem spirituum turbationem omnium maximè ciere solent affectus animi fortiores, ira, terror, timor, tristitia, quæ turbatio hinc in foemina eò major esse solet, quò debiliori textura ac robore spirituum pollent. Hæc enim debilitas in causa est, cur foemina ad quorumvis objectorum graviorum occursum statim animum despondeant, cum ingruentis aut illati mali magnitudinem æstimare non possint. Hinc illæ præ viris citius à terrore, tristitia ingenti læduntur.

Imprimis quoque huc spectant suaveolentia, quorum  
vis



1402  
 vis omnium ferè Medicorum & experientiaè testimonio in  
 excitandis suffocationibus uteri maxima est. Sic rosa hy-  
 stericis sæpius exosa est, qualia exempla *Höferus Herc. Med. p.*  
*311. & Lang. misc. cur. p. 46.* annotarunt. Quà verò ratio-  
 ne id efficiant, non una omnium mens est. Aliis enim ut  
*Hoffmann. in Instit. & Lang. l.c.* id præstare videntur, quod  
 moveant quidem vapores, non tamen promoveant eosdem.  
 Verior autem hujus ratio videtur, quod vel odore olim  
 ejusmodi, aut matres gestationis tempore læsæ sint, & odi-  
 um peculiare hinc contraxerint; vel quod vaporosis  $\Delta$ eis  
 effluviis spirituum animalium systasis resolvatur ac vitiosè  
 rarefiat, ipsique adeo in heterogeneos motus agantur.  
 Quem motum rarefactivum cum è contrario foetida ac  
 graveolentia, tanquam spirituum flagella corrigant & in  
 ordinem redigant, paroxysmum quoque abigunt & speci-  
 ficorum titulo superbiunt.

Hic quoque tandem memorandæ veniunt causæ exter-  
 næ aliæ, quæ vel proximè acriores irritantes particulas ner-  
 voso generi communicant, spiritus turbant, vel interna-  
 rum causarum generationi ansam præbent, latentem ac  
 quiescentem hostem laceffunt. Tales sunt errores in re-  
 bus nonnaturalibus vulgò dictis reliquis commissi. Sic  
 aëris qualitates hic accusandæ, tum nimius calor à solis radiis  
 aut aliis causis productus, ut in balneo, qui rarefactionem  
 humorum ac spirituum promte excitat, tum frigidus, qui  
 acriores  $\Theta$ nas particulas copiose in sinu fovet, unde uteri  
 partibus improvidè illabens in partu v. g. statim affectum  
 nostrum excludit.

Cibi quoque & potus vitio non carent. Fermente-  
 scentes enim facile, corruptibiles, dulces, acres, acidi, ut  
 saccharata, lactinia, acetum ipsum (quod  $\upsilon\sigma\epsilon\rho\lambda\gamma\epsilon\varsigma$  hinc  
 in



in specie dicitur ) particulas acrés irritativas nimium quantum in primis viis sanguine & sero cumulant. Nec motus vitia abluunt, si nimius fuerit, in primis post partum cruditates plurimas generat humoresque exagitat; sive deficiat, serosæq; massæ aggestionem & corruptionem procuret.

Numerum denique causarum claudunt læsiones uteri aliæ, ubi continuum aut connexio solvitur, ut vulnera, ulcera, dilacerationes in partu, quale exemplum *cap. 1. recensui*. Dislocatio quoque uteri in puerperis mox à partu accusatur à *Willis. de morb. convuls. l. c. p. 119.* cum uteri corpus capacius factum & recens inanitum non recto in loco intra pelvim subsidet, verùm superius ad latus illius modo dextrum, modo sinistrum declinat, ibidemque instar marsupii constricti in molem ingentem complicatur, quam tumor hypogastrii aut inguinis subsequitur.

Par ratio est procidentiaæ uteri, & injectionis acrium, ut *Œli Romani*, à quâ suffocationem hystericam notavit *Harv. laudata exercitat. de partu p. 179.*

Expositis jam affectus nostri subjecto & causis, demonstrandum jam porrò foret, quomodo ab iisdem varia supra enumerata symptomata producantur. Verum cum in recensione causarum subinde idem præstitum sit, brevior hic ero, nec latius illa repetam. Omnia quippe, quæ occurrunt, primariò nervosi generis contracturas notant, à quibus hinc sanguinis & seri circularis motus necessario turbatur, dum constrictis hinc inde vasculis subsistere coguntur liquores vitales, & actiones variè lædunt. Motus enim in abdomine nihil aliud, quam interaneorum viscerum, mesenterii & annexorum intestinorum ipsiusque ventriculi elationem notat, quem diaphragmatis interiora versus depressio augere promte potest; Sic respiratio

D

ni



nis vitia ab eadem nervosi generis contractura in partibus membranosis retique musculari pulmonū, per consensum excitata, sanguinisque irregulari per eosdem motu unice pendent. Quæ causa ubi cordis nervos corripit, motū ejus variè turbare ac impedire potest, in palpitatione, lipothymia & syncope. Hinc etiam risus, fletus, oscitatio, pandiculatio facillimo negotio deducuntur. Capitis autem affectus, ut gravedo, vertigo, aponia, veteris aliusve sopor gravis, à turbatis ac confusis rebus animalibus, lymphæque ob vasorum stricturas restagnante, nervorumque principium comprimente commodissimè derivantur.

## CAPUT III.

## Differentias &amp; Signa tractat.

Quam diversâ ac variâ facie affectus noster conspiciendum se præbeat, ita ut minus cordatis & inexpertis aliquid divini nonnunquam fovere videatur, superius in historia notavimus. Pro multiplici ergo afficiendi modo, varias etiam differentias cum Galeno l. 6. de loc. aff. c. 5. constitutare possem; sufficit tamen gradus tantum illius attendere illumque ratione vehementiæ & magnitudinis distinguere. Alia enim suffocatio *levior* est, in quo faucium solum constrictio, difficilior respiratio cum præcordiorum anxietate deprehenditur; Alia *gravior*, quæ graviora symptomata conjuncta habet, v. g. motus in infimo ventre, tumores distensivos circa scrobiculum cordis, respirationem difficillimam, aphoniam cum lipothymia, sensus & motus imminutione, &c. Denique *gravissima* alia est, ubi summus plane virium lapsus adest, respirationis interceptio, syncope, frigus extremorum, imò totius corporis, ut promortuis habeantur.

Cau-



Causarum differentias addere non opus est, tot enim constituendæ essent, quot causæ supra enumeratæ fuere. Unde statim ad *diagnostica signa* progredior.

Cum vero hæc supra in historia latius sint exposita, nec paroxysmus semper iisdem symptomatibus incipiat ac desinat, neque imminentis neque præsentis signa absolutè tradi possunt. Si enim quædam ex illis adfuerint, nullum dubium est, quin Medicus prudens omnibus probè consideratis affectus præsentiam colligere possit. Illa igitur breviter potius addam, quæ suffocationem hystericam à congeneribus affectibus distinguunt. Ab apoplexia differt illa, quod ibi nullus stertor percipiatur, neque semper plenaria sensus & motus privatio, ut in hac fieri solet, accidat. Puncturas enim, pilorum vellicationes & extractiones ut plurimum sentiunt, & digito intento locum affectum ac symptomata urgentia demonstrant. Quin elapso paroxysmo præteritorum sæpius recordantur, quod in apoplecticis minus contingit.

Ab epilepsia autem affectum nostrum distinguunt motus convulsivi universales & spuma ante os, quæ raro in hoc deprehenduntur, nisi illa simul accedat & hystericæ evadat. Pulsus etiam epilepticorum major esse solet, quam antea fuit, quod in hystericis contrario modo se habet. Ratio ex parte manet integra, nec phantasia ferias agit, sed sæpe eorum quæ circa ægras dicta vel gesta sunt, ipsæ meminerunt, quod ab epilepticis non expectandum.

A lethargo febre discernitur, quæ in illo ordinariè, in hoc nostro autem affectu minus visitur. A syncope distinguitur nisi hæc ipsa jungatur, quod hæc magis de subito invadit, suffocatio vero uterina ut plurimum præludia habet ac prodromos. Pulsus etiam in illa ad sensum



cessat, in hac vero remanet, licet exiguus, rarus & languidus. In syncope sudores frigidi exprimuntur & pallor cadaverosus major adest. Suaveolentia illam juvant, passioni hystericae nocent.

Nisi vero arti maculam aspergere, & in naturæ leges peccare velimus, maximè à mortuis sunt distinguendæ hystericae, & cavendum, ne adhuc superstites mortuis annumeremus, sepulturæ destinemus, aut cultro Anatomico ad causas penitus inquirendas subjiciamus. Multos adeo modos explorandæ vitæ superstitis apud autores legere licet. Alii illam experiri tentant flocco lanæ carminatæ, vel pennâ levi, vel terfo speculo, ori vel naribus admotis, & ex illorum motu, hujus autem infectione de vita vel morte judicare satagunt. Alii pectori vitrum aqua plenum imponunt & ex aquæ motu vitæ præsentiam divinant. Cum autem hæc sæpissime fallant, alii certiora signa à pilorum evulsione & sternutatoriis desumi posse credunt. Sed & hæc minus tuta ac fida sunt, quare optimum erit, ut legi quasi sancitæ obediamus & elapsum triduum expectemus, antequam terræ inferantur.

*Signa Prognostica* quod concernit, affectus hic minime ut plurimum lethalis est, interim ob gravissima symptomata adstantes maxime terret. Ex syndrome ergo horum primariò prognosis instituenda, quo plura enim & graviora conjunguntur, diutius durant, partes nobiliores coafficiuntur, & generosa remedia minus juvant, eo periculosior est & contra.

In primis periculum minuitur gravidis, ob abortus metum, & puerperis ob vires, præsertim graviori nixu prægresso, maxime debilitas<sup>at</sup> & prostratas.

Ab



Ab uteri inflammatione, quam febris comitatur, & vulneribus, admodum periculosa.

Quæ à seminis vel potius seminalis liquoris retentione oritur exitiosior habetur, quam à mensibus suppressis. Verum pari passu ambulare videntur, facilius autem illa curatu est, hæc difficilior.

Si mulieri suffocatione uterina laboranti sternutatio supervenit, bonum. Naturam enim exsuscitat, spiritibus heterogeneam copulam excutit, & materiam halituosam irritantem dissipat. Nonnunquam etiam in alios morbos, apoplexiam, paralyfin, syncopen lethalem degenerat. Paroxysmus quo sæpius repetit & diutius affligit, eo magis metuendus, facile enim fieri potest, ut spiritibus in tanto ac crebriori naturæ conflictu exhaustis, mors præforibus existat.

#### CAPUT IV.

### Curacionem proponit.

**U**T igitur citam ac tutam opem affectui nostro afferamus, methodo opus est, quæ vel *curatoria* in paroxysmo, vel *preservatoria* extra eundem. In paroxysmo omnia illa felicem effectum spondent, quæ causæ proximæ, spasmodicæ irritationi debentur, ac spiritus turbatos in ordinem redigere queunt. Talia sunt quæ vel materiam irritantem invertunt, dissipant, figunt, aliove modo tollunt; vel spiritibus robur suum restituunt naturamque excitant, sive *internè* sive *externè* adhibeantur. Cum vero sæpius in paroxysmo internorum usus denegetur, ob oris & faucium constrictionem, solisque externis cura auspicianda sit, hæc quoque primo loco enumerabo.

Missis vero illis, quæ ab adstantibus nunc medici jussu,

D 3

nunc



nunc citra eundem peraguntur, e.g. acclamatio proprii nominis, vestium & vinculorum circa pectus solutiones, &c. ex FONTE CHIRURGICO sese offerunt *ligatura* dolorificæ extremorum, ventris & hypochondriorum *constrictiones*, quovis cingulo, nec curiosè ex corio humano aut cervino, factæ. *Friktiones* item vel simplices, vel calidæ, cum lateribus aliisve lapidibus calefactis, *Ole*, *†to*, *spiritibus*, aut *infusis nervinis*, *▽a apopl. amar.* &c. in cruribus, pedibus, manibus, institutæ. Quo spectant *cucurbitula sicca* inferioribus, partibus, femoribus internis applicatæ, quorum usum adeo dilaudare solent autores Practici, item *vesicatoria* variis partibus adhibita. *V. S.* licet adeo cum *Höchstettero* extollat *Higbmorus l.c. p. 14.* in paroxysmo vix commendare possum, nisi manifesta plethoræ sanguinisque restagnantis signa cum pulsu forti viribusque sufficientibus adfuerint; aliàs enim vires ulterius exsolvere ac syncopen arcessere prompte potest.

EX FONTE PHARMACEUTICO efficacissima huic indicationi satisfaciencia remedia depromi queunt, quæ priora illa auxilia longo post se intervallo relinquunt. Inter hæc primò occurrunt *suffitus* ex plumis avium, perdicum, pavonum aut potius quorumvis accensis, pilis, corio, cornubus, verrucis equorum, excitati, ad quos tanquam sacram anchoram mulierculæ confugere solent, cum tamen inter tot euporista alia ut plurimum sint supervacanei.

Idem præstat *castoreum*, *asa fœtida*, *galbanum* syndoni pro nodulo inclusa, vel in pomum uterinum redacta. Item *Essent. castor. asæ fœtid. ol. C. C. ¶i fœtidum, lign. sancti* &c. naribus admota. Quo pertinent *□sa volatilia* *us □a*, *□\*ci*, *fuligin.* & ipsa acida, *¶i volatili juncta*, *†tum* cum *castoreo*, *spir. Oli volatilis ¶eus*, ipseque fumus *¶is*.  
Quæ



Quæ omnia nunc forma balsami, liquoris, aliterve exhiberi possunt. Sic sequentem non semel summo cum fructu adhibui.

Rx. Ol. C.C. ♀ fœtid. ā. ℥℞. succin. rut. ā. gr. ℞v.  
 castor. as. fœtid. ā. gr. iij. corporis pro balsam. q. s.  
 M. F. l. a. Balsamus. S. Mutter-Balsam.

Circumspectione tamen opus est in nimis graveolentibus applicandis, ne dum juvare intendimus, noceamus. Uti enim quibusdam foeminis non satis foetida ac graveolentia reperiri possunt, ita sunt, quibus hæc ipsa planè sunt infesta & paroxysmum magis aggravant, spiritus nimis turbando ac caput vaporosis effluviis replendo. Unde ad idiosyncrasiam hanc aut consuetudinem probè attendere Medicum oportet, & loco illorum alia non minus efficacia in usum vocare v. g. *▽ apoplect. amar. Ludov. carbunc. aur. bals. Ebryonum Rosinc. Ludov. -um uterinum*, quæ tum naribus tum pulsibus applicari possunt. e. g.

Rx. *▽ carbunc. apopl. amar. ā. ℥℞. balsam. embryon. ℥j.*  
*essenz. castor. ℥j. M. S. Puls- und Anstreich-Wasser.*

È contrario ipsis etiam pudendis medicamenta applicanda præcipiunt autores, suaveolentia scilicet, quibus uterus delectari religiosè hæctenus creditus est, e. g. *moschum, Zibetum, styrac. calamit. balsam. apoplect. &c.* In quorum tamen applicatione probè considerandum, an agræ talia ferre possint, & cavendum ne odor eorum nares feriat, quod facilè contingere potest. Sic in gravidis ob abortus metum minus locum habent. Si formulam desideres talis esse potest.

Rx. *balsam. apopl. ℥j. Zibetb. gr. v.*  
*moscb. styrac. calam. ā. gr. iij.*

M. F. Balsam. pudendo muliebri cum bombace vel linteo indendus.

Cum vero per supra latius dicta causa morbifica tantum



1920

tum non semper in infimo ventre latitet, ac symptomata plurima ibidem producat, topicis medicamentis applicatis iisdem obviam eundem est. Fit vero illud imprimis *Unguentis, Linimentis, ac Emplastris*, quorum illa ex *ol. laur. de sem. hyosc. simpl. & compos. ʒvi, Stis carvi, anis. fœnic. cumin. succin. junip. ruta, zedoar. carminativ. Myns. & c.* parari possunt, exempli loco sint sequentia.

Rx. *Ol. de castor. ʒiʒ. sem. hyosc. ʒi. carv. cumin. fœnic. succin. junip. sapon. ā. gt. v. M. D. S. zetheilend Mutter Dehl.*

Rx. *Unguent. de hyosc. ʒvi. ol. carmin. M. gt. xij. Zedoar. rut. succin. ʒvi ā. gt. v. Zibeth. gr. ij. M. F. Unguent. D. ad pyxidem.*

Emplastra autem in affectu nostro summe proficua tum in paroxysmo tum extra eundem deprehenduntur. Talia conficere licet ex *emplastr. matrical. de galban. de bacc. laur. de hyosc. aliisque. v. g.*

Rx. *emplastr. de galb. ʒvi. de bacc. laur. ʒʒ. ol. carminat. Myns. ʒi. succin. rut. ā. gt. iij. de castor. q. s. M. F. Emplastr.*

Laborum minus prodigi solum quoque galbanum ceroti modo extensum usurpare poterunt. Utrisque autem tum unguentis, liminentis regioni umbilicali inunctis, tum emplastris eidem loco applicatis ad meliorem aetuationem superimponi possunt sacculi paregorici, carminativi, ex emollientibus, discutientibus, nervinis, v. g. *flor. chamom. menth. meliss. pol. montan. organ. 4. sem. cal. vel simplici avena compositi & calefacti.*

*Pessos, nasalia, clysteres uterinos* nec pudor foeminarum facile admittit, nec curatior praxis adeo desiderat, unde usus eorum hodie exolevit.

Loco eorum tamen clysteres alvini ob viciniam & pa-

re-





regoricam discutientem ac carminativam vim opem non  
 minimam afferunt, ut evacuationem primarum viarum,  
 quam simul præstant, taceam, e. g.

Rx. rad. bryon. carlin. levist. ā. ʒʒ.  
 herb. mercurial. matricar. artemis. rut.  
 flor. chamem. ā. mʒ. cheir. p. ij. baccar. laur. ʒʒ.  
 sem. anis. fœnic. carv. ā. ʒj. caric. pingv. N. v.  
 agaric. in petia ligat. ʒij.  
 Coque in s. q. ♃. s. Colatur. Rx. ʒx.  
 adde Electuar. laxativ. ʒj. ol. aneth. lil. albor. ā. ʒʒ  
 Ⓞ ʒat. ʒj. vitell. ovor. no. j. M. F. l. a. Clyster.

Agmen externorum claudunt in casu desperato, ubi o-  
 mnia frustra adhibita sunt, sternutatoria ex pulv. helleb. alb.  
 majoran. lil. convall. euphorb. additō castoreo facillimo nego-  
 tio paranda.

Sed de externis satis, quibus interna, si admitti pos-  
 sunt, palmam omnem præripiunt, quorumque usus legiti-  
 timus non facile Medicum destituit. Dividi autem com-  
 mode possunt hæc in volatilia & fixa, inter quæ cum non-  
 nulla ambigant, media haud inconvenienter dici possunt.  
 Volatilium numerum constituunt, tum salina volatilia al-  
 kalica sibi relicta, tum ʒea, aromatica, aliaque, tum utraq;  
 artificiosè combinata atque maritata. Talia sunt ~us  
 Ⓞ\*ci tum simplex, tum castorinus, bezoardicus, C. C. fuligin.  
 ebor. Ⓞlis ♀ volatilis, liquor C. C. succinatus, Ⓞlia volatilia  
 tum sibi relicta, C. C. succini, ruta & c. tum oleosa reddita, ad-  
 ditis imprimis oleis carminativis. Essentia ase fœtid. castor.  
 succin. myrrh. balsamica, vel menstruo ~tu Ⓞ\*ci exaltato  
 extracta, carminativ. D. D. Wedel. Elixir. uterin. Rolfinc. Mi-  
 chael. D. D. Wedel. Ra bezoard. Michael. B. Ludovici in pri-  
 mis quæ cum castoreo & spir. Ⓞ\*ci paratur, D. D. Wedel. Item  
 Essent. camph. concentratior Ludov. aliaque ex camphora pa-  
 rata



1422.  
 rata medicamenta. De quibus autem in genere notandum, usum eorum in foeminis cautum esse debere, ob supra notatam laxiorem spirituum animalium texturam. Volatilibus hisce succedunt media, quæ partim volatilibus,  $\Theta$ nis,  $\Delta$ eis particulis, partim vero fixis  $\nabla$ eis &  $\nabla$ eis constant. In hunc censum referenda extracta v. g. *bezoard. compos. Ludovic. zedoar. specif. uterin. Myns. mistur. s. Ra specif. uterin. Myns.  $\nabla$ a hysterica Sennert. Myns. Ludov. de quibus postremis obiter notare licet, minus spirituosas plurimum præstare nimis calidis, fumosis, quippe quæ citra noxam febriculosis etiam, tum in tum extra puerperium, quadrant. Fixorum denique titulum merentur  $\nabla$ ea, calces metallicæ ac minerales, magisteria,  $\Delta$ ra e. g. *conchæ ppt. succin. ppt. ejusque magisterium,  $\Theta$  diaphor. bezoard.  $\Theta$ le,  $\Theta$ le cach. Ludov. bezoard.  $\Delta$ le s. & magnum Fabri à Ludovico in Pharmac. p. 354. correctum, antibeet. Poter.  $\Delta$  $\Theta$ ii purum, cinnab. nativa  $\Theta$   $\Theta$ ii  $\Theta$  c. variaque ex his parata ac composita, *specif. cephal. Michael. Pulv. absorb. D.D. Wedelii* qui instar omnium est, cujusque laudes in nostro affectu nunquam satis de prædicari possunt.**

His omnibus quoque addenda *opiata* tum secundaria dosi reliquis sociata, tum etiam urgente necessitate primaria dosi propinata. Non autem opus est ut seorsim extent tot *laudana hysterica*, quin potius simplicissima ex opio parata medicamenta nullo non tempore reliquis addita officio suo longe rectius funguntur. Talia sunt *extractum opii c.  $\nabla$  s. vel phlegmate  $\frac{1}{2}$  paratum D.D. Wedel. laudan. opiat. Ludovic. liquor. ejusdem  $\Theta$  pulvis anodynus, laudanum cydoniatum Celeberrimi Langelotti, Ra & essentia anodyna varia.*

Hæc omnia & singula selectiora medicamenta enumerata pro causarum ac symptomatum varietate variè com-



combinata sufficienter illa omnia exequuntur, quæ superius in priori indicatione curatoria ad paroxysmum tollendum necessaria judicavimus. Volatilia enim penetrando, discutiendo, sudorem movendo, particulasque irritantes expellendo, spiritus roborando, in ordinem redigendo & placando; media diluendo, confortando; fixa absorbendo, invertendo, nec non figendo, causarum multitudini, & symptomatum ferocitati abundè satisfaciunt. Exercitii gratia combinationes dictorum medicamentorum formulis quibusdam appositis monstrabo:

- Rx. *essent. castor. ʒiʒ. myrrh. balsam. ʒij.*  
*spir. ☉\*ci bezoard. ʒj. M. D. in vitro*  
*S. Mutter Mixtur.*
- Rx. *Elix. uterin. D. D. Wedel. ʒij. R. anod. gt. xij.*  
*essent. camphor. Ludov. gt. iij. M.*  
*S. Mutterstärckendes Elixir.*
- Rx. *R bez. Lud. cum castor. ʒiʒ. essent. succin. ʒʒ.*  
*liquor. anod. Ludov. gt. x. M.*
- Rx. *Elix. uterin. Croll. vel Michael. ʒiʒ.*  
*ess. carminat. D. D. Wedel. ʒj. opii gt. xv. M. D.*
- Rx. *▽ cortic. citr. ʒij. artemis. meliss. ā. ʒj. hyster. Ludov. ʒvj.*  
*R uterin. Myns. ʒʒ. Ess. castor. ʒij. spir. ☉. ♀ volat. gt. xv.*  
*M. F. Potio S. Stärck Fränclein.*
- Rx. *▽ puleg. flor. citri ā. ʒiʒ. hyster. Ulmens. ʒj.*  
*liquor. C. C. succin. ʒʒ. extract. bezoard. compos. gr. xv.*  
*spir. meliss. parum, M. D. in vitro.*
- Rx. *▽ hirund. c. castor. puleg. matricar. ā. ʒiʒ.*  
*hysteric. Sennert. ʒj.*  
*Pulv. absorb. D. D. Wedel. ʒiʒ.*  
*☉. volat. succin. gr. v. spir. matricar. ʒij.*  
*M. F. Potio.*
- Rx. *½ ℞. cachect. ʒj. cinnab. nativ. gr. xv.*  
*perl. ppt. corall. ppt. ā. ʒʒ.*



1722

36.

℞. *Tris* gr. v. *pulv. anod. Ludov.* gr. iv. M. F. Pulv.  
S. Stärck Pulver auff etlich mahl.

De hoc singulis horis cum  $\nabla$  hysterica potest propriari  $\text{℞}$ .

℞. *lap. Spppt, bezoard. Val. succin. ppt. specif. cephal. a. ℞j.*  
*castor. ℞.* M. F. Pulv. pro 3. vel 4. dof.

Internis hisce annumeranda quoque sunt *Emetica*, quæ præsentissimo usu in quibusdam casibus sese commendant, ubi scilicet symptomata primarum viarum, ructus, inflationes, dolores cardialgici, nausea, vomitus ipsi,prehenduntur. Natura enim ipsa eadem indicare videtur dum aliis quoque medicamentis, pulveribus imprimis absorbentibus adjuta vomitu cum successu se sæpius liberat. Id quod tum alii, tum ipse non semel observavi. Sint vero lenia cum absorbentibus aliisve hysterics remixta & minori dosi data. Hinc *Langius misc. cur. p. 13.*  $\ominus$   $\oplus$  *li* mire extollit tanquam optimum ac tutissimum vomitorium. Idem tamen  $\text{℞}$  *emet.* ad gr. i. ij. præbitus,  $\oplus$   $\text{℞}$  aliaque præstant. In reliquis vero ubi dicta symptomata non visuntur & vires deficiunt omninò illa vitanda.

*Extra paroxysmum* indicatio præservatoria locum habet, quæ causarum plenariam extirpationem intendit, ne iterum ad eum gradum cumulentur, ut novum paroxysmum excitare valeant. Unicè itaque sanguinis à particulis heterogeneis acribus repurgationi ac liberationi studet, simulque nervosi systematis spirituumque tum vitalium tum animalium roborationem requirit.

Repurgat ex FONTE CHIRURGICO V. S. si plethora universalis urgeat & tota massa sanguinea vitium secum contineat, apertâ venâ brachii. De mta enim parte, reliquum citius corrigitur. Præsentem autem speciali indicatione v. g. obstructione mensium in pede uno vel utroque vena secari potest. Hujus



Hujus vicem supplent cucurbitulæ scarificatæ, vesicatoria & cauteria tam actualia quam potentialia, hæc enim insignem usum habent in humoribus acris, acetosis & corruptis educendis.

EXPHARMACIA in hunc quoque finem adhibentur *ἀνω* vel *κᾶτω* evacuantia, illa, si materia sursum vergat & humores biliosi, acres, rodentes parietibus ac glandulis ventriculi arctius impacti fuerint. Talia suppeditant *ἕτα* ritè præparata.

- Rx.  $\text{℞}$  emet. gr. ij. vel iij. elæo sacchar. citr. vel cinnam.  $\text{℞}$ .  
M. F. Pulv. S. Brech Pulverlein.  
Rx. Oxysacchar. emet. Ludov.  $\text{℥}$ ij. l. iij.  
essent. melliform. succ. oleos. cortic. citri  $\text{℞}$ . M.  
S. Brech Saft.

Per inferiora autem tum primarum viarum lymphæ peccans, tum totius corporis eliminatur beneficio purgantium tum leniorum, tum fortiorum prout subjectorum ratio id postulat. Quod ut eo felicius succedat aperientibus *ἄλιβις*, *ἡε* is, *ἡατ* is tum humores tum viæ sunt disponendæ. Cui fini sæpius etiam commode inserviunt ea quæ repetitis vicibus, seu per *ἐπιπέγου*, humores peccantes educunt. Materia eorum ex sequentibus patebit.

- Rx. NR. fœtid. extract. cathol. Andern.  $\text{ā}$ .  $\text{℞}$ .  
resin. gialap. gr. v. ol.  $\text{℞}$ l. citr. gt. j.  
cum R.  $\text{℞}$  f. l. a. pilul. no. xvj.  
S. Purgier Pillen.

- Rx. rad. gialap.  $\text{℥}$ ij. resin. scam. gr. iij.  
bez.  $\text{℥}$ al. non edulc. gr. iv.  
ol.  $\text{℞}$ l. cinnam. gt. j. M. F. Pulv.  
S. Purgier Pulverlein.

- Rx. liquor. purg. Ludov.  $\text{℥}$ ij.  
essent. melliform. violar.  $\text{℥}$ ℞. M. D. invitro.  
S. Purgier Tinctur.

E 3

Infus



Infusum ex sequentibus facile confieri potest, *rad. aristol. rot. bryon.* aliisque aperientibus *herb. meliss. matricar. artemis. capill. vener. cuscut. flor. cheir. anthos, 4. cordial. &c.* additis purgantibus *fol. senn. s. s. rhabarb. fibr. belleb. nigr.*

Huc spectant etiam leniora ut *pilul. minores ex extract. aloës parata, dilutum aloeticum* aliaque.

Magis immediatè ex sanguine & sero causas eliminant diaphoretica æque ac diuretica. Illorum materiam ac formulas supra sub volatilibus & fixis in paroxysmo adhibendis latius recensui, unde hic ea non repetam. Ex horum classe sunt ~ ⊖ ♀ *volat. ess. succini, liqu. ♀ ♀ sat. arcan. ♀. R ♀ s. & compos. silicum Glaub. ⊖ lia fixa herbarum, artemis. onon. arcan. duplic. lap. ⊖. &c.*

Quibus imprimis accensenda sunt aperientia universalis, à perigrinis ⊖ bus massam sanguinis liberantia, obstructions viscerum, hepatis, lienis tollentia, quæ hinc alios affectus suffocationis uterinæ causas, cachexiam, malum hypochondriacum, scorbutum unà curant. Hujusmodi sunt *♂ lia aperientia solida & liquida forma parata crocus ♂ ♀ tus, cum ∇ s. factus, ⊖ lum ♂, pilula ♂ les aperientes D. D. Presidis. R ♂ cydon. pomata, essent. ⊖ li ♂ cum ⊖ \*co D. D. Wedel. essent. ⊖ l. ♂ ♀ sata Ludov. R a ♀ les menstruo acido vel alcalico volatili extracta. Elixir. proprietatis aperitiv. essent. hypochondr. Ludov. &c.*

R. R ♂ cydon. ʒiβ. Ess. antihypoch. ʒj. M. D. in vitr.

S. Deffnende Tinctur.

R. Essent. ⊖ l. ♂ t. D. D. Wed. ʒiβ. arcan. ♀ ʒβ. M.

R. Croc. ♂ t. ♀ at. ʒβ. oc. ⊖ ppt. ♂ ♂ t. cach. cinnab. nativ. fec. bryon. ā. ʒj.

ol. cinnam. gt. j. M. F. Pulv. pro 4. 5. dof.

Spiritibus denique tùm vitalibus tùm animalibus, nervoso systemati, imprimis utero, robur conciliatur, ne à causarum im-



impetu tam facile turbentur, iis quæ  $\Delta$ re balsamico aromatico suavi copioso pollent, junctis simul terreis subtilioribus particulis. Hujusmodi sunt præter superius enumerata volatilia *essent. lign. aloes*,  $\mathcal{R}$  *corall. ess. mastich. liquor oleosus cortic. citr. ol. cinnam. caryoph.* ipsaque simplicia, in quibus utrumque principium arctius conjunctum est, ut *rosmarinus, puleg. zedoar. melissa &c.* Hæc omnia si cum uterinis supra recensitis aptè combinentur promptissimam opem ferunt. Sic

$\mathcal{R}$ . *Essent. lign. aloes ʒj. Elix. uterin. ʒʒ.*

M. S. Stärck-Elixir.

$\mathcal{R}$ .  $\mathcal{R}$  *corallor. ʒʒ. Ess. castor. ʒʒ. liquor. anod. gt. x.*

M. S. Herk- und Mutter-Tinctur.

Uterum in specie roborare possunt topica superius memorata e. g. emplastra matricalia extra paroxysmum & continuo gestata.

Si usu veniat, sicuti frequentius solet, ut aliis subinde morbis suffocatio hysterica jungatur, vel hæc alios excludat, & recensitæ indicationes non sufficiant, ex propriis locis aliæ sunt petendæ & appropriatis auxiliis exequendæ.

Ut omnia quæ hæctenus ad curandum affectum nostrum allata speratum finem consequantur, ea quæ ex FONTE DIÆTECTICO huc mutuanda sunt, probè observentur. Diætâ enim commodâ institutâ multi morbi præcaventur.

AER ergo sit purus, temperatus, nec in calore nec frigore excedens, multo minus effluviis venenosis, tetris, suaveolentibus refertus. Vitentur cibi difficilis concoctionis, nimis acres,  $\Theta$ si, ac halitiosi; acida item, dulcia, aromata acriora, nimis saccharata; è contrario eligantur cibi  $\mathcal{C}\chi\mu\omicron\iota$ ,  $\mathcal{C}\pi\epsilon\pi\tau\omicron\iota$ . Cerevisia sit bene defecata, mediæ ætatis, nec nimis copioso  $\Delta$ re lupuli vel lolii ebria. Vinum non generosum sed mediocre, præsertim si animi defectio-

nes



nes adsunt, non in totum negandum. Quemadmodum motus defectus, vita sedentaria accumulatiōni humorum heterogeneorum imprimis inservit, ita motus nimius multas turbas in massa Sca creat, hinc utraque vitanda. Insensibilis transpiratio, qua impedita multa effluvia acria corpori infesta cumulantur, libere procedat. Alvus quotidiè fungatur officio, menses ordinario tempore legitimè fluant, sin minus, commodis auxiliis utrumque procuretur. Venus honestè culta plurimum conducit, imò hæc sola socius affectum nostrum curat. Animi affectus graviore quovis modo rationis freno moderentur.

## T A N T U M.

❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ (❖) ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖ ❖  
**C**ui vitam debent miseræ, nam vivere flere est,  
 nægratiosus hic stator vitæ cluet.

*Honores in medicinâ summos, quos ex merito capessit,  
 Cl. Dn. Doctorando gratulabundus faustos &  
 felices ominor*

**Georg. VVolffg. VVedelius, D.**

*F*am noster Smidius suprema tendit  
*A*d fastigia, honore notus amplo.  
 Nam virtus sibi met minus videtur  
 collegisse aliquid, nisi tueri  
 fas sit, quæ studiis sibi paravit.  
 Nî ferrum moveas, rubigo perdit.  
 Gliscit sub cinere ignis, ac altum  
 rumpit flamma, micant que ferrâ circa  
 circum. Tu radios vibras per astra  
 surgit major honos priore. Nescunt  
 hinc candentia fila Tî Sorores.  
 Felices precor exitus laborum.  
 Famam non peritura fama servet.

*Nobiliss Dn. Doctorando, honores supremos ex merito ambientis ex animo felicissimos precatur*

P R Æ S E S.




153154

X2615746

R

1017









37. 38 2379  
I. N. f.  
DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS  
De  
**SUFFOCATIONE  
UTERINA,**

Quam  
CONSENSU & AUTORITATE  
Gratiosissimæ Facultatis Medicæ  
in celeberrima Salana

PRÆSIDE

**AUGUSTINO HENRICO  
FASCHIO,**

Med.D. Anatom. Chirug. & Botanices  
Prof. Publ. Archiatro Ducali Saxonico,

*Dn. Præceptore, Patrono ac Promotore  
atatem observando*

**PRO LICENTIA**

Doctoris gradum & privilegia legitimè consequendi  
*publico eruditorum examini exponit*

**JUSTUS ANDREAS SCHMIDIUS,**

MULHUSA-THURINGUS,

In Auditorio Majori

*horis ante & post meridiem consuetis  
ad diem XVIII. August. M DC LXXXI.*

JENÆ,  
PRELO KREBSIANO.